

# RIVISTA DIOCESANA TORINESE

*Periodico Ufficiale per gli Atti dell'Arcivescovo e della Curia*

---

TELEFONI: S.E. il Card. Arcivescovo, 47.172 - Curia Arcivescovile 45.234  
Ufficio Amm. 45.923 - Tribunale Eccl. Reg. 40.903 - Archivio 44.969

---

## SOMMARIO

	<i>Pag.</i>
ATTI DELLA SANTA SEDE . . . . .	131
Sacra Paenitentiaria Apostolica — Urbis et Orb'is.	
ATTI E COMUNICATI DELLA CURIA ARCIVESCOVILE . . . . .	139
Nomine dei Seminari — Sacre Ordinazioni — Necrologi — Azione Cattolica — Autorevoli direttive per le A.C.L.I. — Ufficio Catechistico Diocesano — Giornata a favore del Centro Giornali Cattolici — Giornata a favore dell'Opera Diocesana della Preservazione della Fede.	

---

*Redazione della RIVISTA DIOCESANA: Arcivescovado*


*Amministrazione: Corso Matteotti, n. 11 - Torino (111)*

Conto Corrente Postale n. 2/33845

---

Abbonamento annuo L. 350

◆ FELICE SCARAVELLI fu VINCENZO ◆  
 TORINO, Via Consolata 12 - Telefono 45.472  
 SARTORIA ECCLESIASTICA IMPERMEABILI A DOPPIO TESSUTO



## Premiata Fonderia di Campane

ROBERTO MAZZOLA fu Pasquale

in VALDUGGIA (Vercelli) - Telefono 920

Concerti completi - Costruzioni di incastellature - Materiali scelti -  
 Campane nuove in perfetto accordo musicale con le vecchie

Preventivi e sopralluoghi gratuiti

Casa fondata nel 1400

e premiata in 20 Esposizioni con massime onorificenze

## Ditta AGOSTINO PERINO

IMPIANTI - RISCALDAMENTO - VENTILAZIONE  
 ESSICCATOI - LAVANDERIE - CALDAIE  
 CUCINE PER ASILI, OSPEDALI, COMUNITÀ

TORINO

VIA ROSSINI, 3  
 TELEFONO 48.002

### OFFICINA D'ARTE VETRARIA

Cristiano Jorger

Via della Rocca 10 - TORINO (111) - Tel. 82.232  
 Vetrate istoriate per Chiese dipinte a  
 gran fuoco e garantite inalterabili -  
 Prezzi modici. - Premiato con Gran  
 Diploma d'Onore e Medaglia d'Ar-  
 gento dal Minist. dell'Economia Maz.

SOLLEVAMENTO ACQUA DA POZZI  
 ANCHE PROFONDI SENZA POMPA  
 NÉ MOTORE NEL POZZO



IMPIANTO SEMPLICE E SICURO PER  
 SOLLEVARE ACQUA DA POZZI, FIUMI, TORRENTI, LAGHI, ECC.

U. DELLEANI - TORINO - Via Carlo Alberto 33 - Tel. 61.494

## CERERIA DONETTI & BIANCO

Amministrazione e Stabilimento

Fondata nel 1880

Negozi di Vendita:

Via della Brusà 28

TORINO

Via Consolata 5

Telefono 21.473

Telefono 47.638

Provveditore Case Salesiane e Santuario della Consolata

CANDELE PER ALTARE E VOTIVE

CANDELE STEARICHE

LUMINI DA NOTTE

CARBONCINI PER TURIBOLO - INCENSO

CERA "DOB,, per pavimenti - La migliore

# RIVISTA DIOCESANA TORINESE

PERIODICO UFFICIALE

PER GLI ATTI DELL'ARCIVESCOVO E DELLA CURIA

TELEFONI: S. E. il Cardinale Arcivescovo N. 47.172 - Curia Arcivescovile N. 45.234  
Ufficio Amministrativo N. 45.923 - Tribunale Eccl. Reg. N. 40.903 - Archivio N. 44.969

## *Atti della Santa Sede*

### SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

#### MONITA

*De usu facultatum confessoris per annum sanctum tributarum deque ratione indulgentiae iubilaei lucrandae, ad normas constitutionum Benedicti XIV, Leonis XIII et Pii XI exarata, auctoritate SS.mi D. N. Pii PP. XII ad hodiernam disciplinam accommodata eiusque iussu edita.*

Per Apostolicam Constitutionem « Decessorum Nostrorum » die X mensis Iulii datam, paenitentiaris minoribus aliisque in Urbe et suburbio confessoris amplissimae fuere facultates attributae, eo quidem consilio ut iubilaei veniae adeptio facilius redderetur.

Oportet tamen eiusmodi facultates summa prudentia exerceantur, ut finis ille, quem Sancta Mater Ecclesia, piacularum annum indicendo, sibi proposuit, salutarem consequatur effectum uberesque fructus.

Quamobrem SS.mus D. N. Pius divina Providentia Papa XII, quae monita ex decessorum Suorum auctoritate hac super re sapientissimis rationibus iam edita fuerunt, eadem ad recentiora praescripta et ad praesentem disciplinam accommodata, prout infra exponuntur, religiose retinenda esse decrevit, et a singulis, sive Ordinariis, sive confessoris ecclesiarumque rectoribus, accurate servanda.

I. Noscant imprimis in compertoque habeant paenitentarii alique confessori, se extraordinariis hisce facultatibus uti posse dumtaxat erga paenitentes qui ad confitendum accedant *ea mente et sincera voluntate* ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si paenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permaneant.

Simples confessori his facultatibus in sacramentali confessione tantum uti possint; paenitentarii vero etiam in foro interno extra-sacramentali, dummodo de peculiaribus facultatibus ne agatur pro quibus sacramentalis confessio expresse requiratur.

Urbs tamen et suburbii parochi, qui per Constitutionem « Decessorum

Nostrorum » anno sancto vertente paenitentiaris annumerantur, peculiarem facultatem habeant iubilares visitationes dispensandi, contrahendi ac commutandi ad normam memoratae Constitutionis sub n. X, non modo cum de paenitentibus agitur, sed etiam cum de singulis fidelibus singulisque familiis parociae suae.

II. Quandoquidem facultas absolvendi a peccatis et ab ecclesiasticis censuris, itemque dispensandi ab irregularitate hisce finibus continetur atque circumscribitur, ita ut per piacularis anni celebrationem semel tantummodo cum eodem paenitente exerceri queat, cum scilicet ipsemet iubilarem veniam primum lucretur (cfr. Const. « Decessorum Nostrorum » sub n. XIV); itemque tum solummodo, cum paenitens iam ab alio confessario facultatem habente per anni sancti decursum ab his peccatis atque censuris absolutus non fuerit, vel ab irregularitate dispensatus, summopere necesse est paenitentiaris ac confessarios, ut munere suo rite fungantur, a quolibet paenitente hisce peccatis, censuris vel irregularitate irretito exquirere :

1° utrum iam iubilarem veniam lucrifecerit necne;

2° quodsi eam non lucrifecerit, num, anno sancto vertente, a peccatis vel a censuris reservatis absolutus fuerit; vel ab irregularitate dispensatus.

III. Confessarii praediscant ac memoria teneant indicem peccatorum, censurarum, poenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; si qua autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se paenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290, 1045 § 3.

IV. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi conicere iure liceat paenitentem plenissimam iubilaei veniam esse consecuturum.

V. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvam, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnique sarciedo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

VI. Paenitentarii, qui a censuris etiam publicis absolvere possunt, hoc exploratum habeant:

Qui aliqua censura fuerint nominatim affecti vel uti tales publice renuntiati, non posse eos tamdiu iubilaei beneficio frui quamdiu in foro externo non satisfecerit prout de iure. Si tamen contumaciam in foro interno sincere deposuerint et rite dispositos sese ostenderint, posse, remoto scandalo, in foro sacramentali interim absolvi ad finem dumtaxat lucrandi iubilaeum, cum onere quam primum se subiiciendi etiam in foro externo ad tramitem iuris.

VII. Ad peccatum quod attinet, per can. 894 reservatum ratione sui, paenitentarii alique confessarii absolutionem ne impertiant, nisi paenitens falsam denuntiationem formaliter retractaverit, et damna, si qua inde secuta sint, pro viribus reparaverit, imposita insuper gravi et diuturna paenitentia.

VIII. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo ad can. 2342, prohibeant, sub poena reincidentiae, quominus paenitens in posterum ad illam religiosam domum eiusque ecclesiam accedat. Firmis quidem manentibus poenis, de quibus sub n. 2° eiusdem canonis agitur.

IX. Religiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2385 lata ne absolvant, quamdiu extra Ordinem permanserint; attamen, si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea conditione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint. At ii moneantur, se, quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis poenis in can. 2385 statutis. Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae poena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X. Cum de votorum commutatione agitur, id latiore quadam ratione accipiat ut paenitentarii ac confessarii, pro sua ipsorum prudentia, in opera etiam minoris meriti vota commutare possint.

XI. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excommunicationis poena velantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se relinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante absolutionem tradiderit: sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit.

XII. Ad facultatem quod attinet sacras visitationes commutandi vel dispensandi, haec animadvertenda sunt.

1° Cum paenitentarii ceterique confessarii, iusta quidem de causa, Basilicam in aliam ecclesiam commutabunt, iubilares hae visitationes haud dissimili ratione fiant, ac illae quae in Basilicis praescribuntur.

2° Cum aliquis dispensationem obtinuerit unam vel alteram Basilicam invisendi, nulla facta obligatione aliam ecclesiam per commutationem visitandi, noverit idem sacras visitationes quattuor semper habendas esse, quae proinde in reliquis Basilicis fieri debent. Dispensatio enim alicuius Basilicae visitandae idem non est ac sacrarum visitationum numeri imminutio.

3° Si quis vero, praeter dispensationem alicuius Basilicae visitandae, sacrarum etiam visitationum numeri imminutionem petat, paenitentarii alique confessarii tot preces eidem recitandas praescribant, quot visitationes dispensatae fuere; quae quidem preces haud absimiles illis esse debent quae in sacris visitationibus adhibentur.

4° Necessesse, ceteroqui, non est invisentibus, ut per Portam Sanctam in Basilicas ingrediantur aut de iis exeant; immo, etiam Basilicis clausis vel aditu ad eas quavis de causa impedito, satis erit ad earundem fores vel gradus Deum exorare, praescriptas preces recitando. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

5° Vocales preces, quae praescribuntur, alternis etiam vocibus recitari possunt. Mutis vero can. 936 consultur.

XIII. Cum quattuor Basilicarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui libere velint Iubilaei veniae par-



lices fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegiatis debet, ex rationabili causa, totum vel ex parte paenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

XIV. Confessio et Communio ad lucranda piacularis anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quatuor Basilicarum antecedant, an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit, iteret confessionem oportet, si sacram Synaxim debet adhuc suscipere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfectae elicit, cum Deo reconcilietur.

XV. Suspendio facultatum specialium, per Constitutionem « Fore confidimus » die X Iulii huius anni indicta ac denunciata, ad Urbem eiusque suburbium minime pertinet, cum summopere intersit, per Annum Sanctum, hic sacrorum operariorum copiam et auxilia paenitentibus e culparum caeno ad divinam gratiam revocandis nec imminui nec deficere. Quisquis igitur Romae eiusmodi facultatibus sit legitime munitus, eas per piacularum annum in Urbe et suburbio, intra fines concessionis sibi factae et temporis sibi praestituti, libere exerceat. — Ad indulgentiarum suspensionem quod attinet, eadem Constitutione « Fore confidimus » indictam, cum Apostolica Sedes iam durum decreverit, nonnullas indulgentias ab usitata per Annum Sanctum suspensione eximi, Ss. mus D. N. eiusmodi indulta seu privilegia etsi de iis in memorata Constitutione sileatur, non revocat, modo authentice constet ea ipsa fuisse et revera et in perpetuum concessa, ad can. 70, 71 et 60 § 2.

XVI. Confessarii extra Urbem, qui facultatibus extraordinariis, Iubilaei causa, per Constitutionem « Iam promulgato » donati sunt, sciant, sibi licere hisce Monitis eatenus uti, quatenus ipsis applicari possint.

Haec *Monita* ad praesentis disciplinae condicionem accommodata, Ss. mus D. N. Pius divina Providentia Papa XII in lucem edi iussit, ut constans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigeant, et operum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximum piacularum annum.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die XVII mensis Septembris, anno MDCCCXXXIX.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior*.

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens*.

## II.

### FACULTATES

*Confessariis peregrinis concessae anno vertente generalis maximique iubilari MDCCCL.*

#### I.

*Facultates speciales quae tribuuntur omnibus Confessariis peregrinis qui iam in sua Dioecesi rite approbati sint pro utroque sexu, quibusque pro foro conscientiae et in sacramentali confessione tantum ut valeant:*

1. Absolvendi quaslibet personas sibi confitentes a quibusvis peccatis et censuris a iure reservatis aut Ordinario, aut, etiam speciali modo, Romano Pontifici, *dummodo censurae publicae non sint*; iniunctis salutaribus paenitentibus atque aliis de iure iniungendis.

Ne absolvant igitur, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, eos, qui irretiti sint aliqua censura vel Romano Pontifici personaliter, vel specialissimo modo Apostolicae Sedi reservata. Ne absolvant pariter illos, qui in censuram inciderint, de qua in can. 2388, § 1, Sanctae Sedi reservatum ad normam Decreti « Lex sacri coelibatus » per Sacram Paenitentiarum Apostolicam editi die XVIII mensis Aprilis anni MDCCCXXXVI (cfr. *Acta Apost. Sedis*, vol. XXVIII, p. 242), itemque ad normam Declarationis ab eadem Sacra Paenitentiarum datae die IV mensis Maii anni MDCCCXXXVII (cfr. *Acta Apost. Sedis*, vol. XXIX, p. 283); vi cuius Decreti et Declarationis haec censura in casu speciali, de quo agitur, ita Sacrae Paenitentiarum reservatur, ut nemo unquam, excepto periculo mortis, ab ea absolvere possit, ne vi quidem can. 2254.

2. Commutandi in alia pia opera, ex iuxta causa, omnia et singula *rota privata*, etiam iurata, exceptis iis votis privatis quae can. 1309 Apostolicae Sedi reservantur; itemque exceptis iis quorum commutatio vergeret in detrimentum tertii, aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum volum.

3. Concedendi dispensationem visitationis alicuius Basilicae eam commutando in visitationem, si fieri potest, alius ecclesiae, immo etiam visitationum numerum imminuendi. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem Summi Pontificis fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant. In commodum tantum aegrotantium eas liceat imminuere.

## II.

*Facultates speciales quae Decem Confessariis peregrinis, ab hac S. Paenitentiarum, vel ab Episcopo proprio selectis, tribuuntur ad confessiones sociorum peregrinorum accipiendas, quibusque pro foro conscientiae et in sacramentali confessione tantum uli valeant:*

1. Absolvendi non solum a censuris et excessibus occultis, prout statuitur sub n. I, 1, pro omnibus confessariis peregrinis, sed etiam a censuris quae sint publicae in locis ubi commorati sunt paenitentes vel ibi nominatim declaratae sint aut quamvis delictum ad iudicem fori externi iam fuerit deductum, dummodo sint sincere parati quodvis mandatum demisse accipere fideliterque adimplere et scandalum reparare. Huius tamen censurae absolutio in foro externo non suffragabitur. Ne absolvant tamen, nisi ad tramitem can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione praeditos, superioresque maiores religionis exemplae, qui in censuras speciali modo Romano Pontifici reservatus publice inciderint.

2. Dispensandis constitutos in Sacris, ad Ordinem tantum exercendos, ab irregularitatibus ex delicto occulto, non exclusa irregularitate de qua in can. 985, 4°.

3. Dispensandi circa visitationes quatuor Basilicarum, easque item commutandi eodem modo ac ceteris confessariis conceditur sub nn. I, 3.

4. Commutandi in alia p'a opera, ex iusta causa, omnia ac singula *vota privata*, iurata quoque et etiam Sedi Apostolicae reservata. Similiter possint commutare votum castitatis perpetua ac perfectae, etsi fuerit ab origine *publice* emissum in professione religiosa etiam solemniter et firmum manserit, aliis huius professionis votis relaxatis. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensare possint qui vi Ordinis Sacri ad legem coelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint. A commutatione votorum se absteineant si commutatio tertio praeiudicium afferat ac minus arceat a peccato quam ipsa commutatio.

5. Dispensandi ab occulto impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collateraliter, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium convalidandum, non vero ad contrahendum vel sanandum in radice.

6. Dispensandi ab occulto criminis impedimento, neutro machinante, sive agatur de matrimonio contracto sive de contrahendo, iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135; imposita, in utroque, gravi ac diuturna poenitentia salutari.

## MONITA

### *de usu facultatum confessariis peregrinis tributarum.*

1. His facultatibus specialibus confessarii peregrini ubicumque in Urbe et suburbio, servatis can. 908-910 et de consensu rectorum ecclesiarum, cum sociis peregrinis uti poterunt, ita tamen ut eas valide exercere valeant si unus vel alter peregrinus non socius, cum peregrinis sociis, ad ipsos confitendi causa accedat.

2. Item his facultatibus tantummodo uti poterunt erga poenitentes qui ad confitendum accedant *ea mente et sincera voluntate* ut Iubilaei veniam consequantur; attamen si poenitens, mutato proposito, ab acquirenda indulgentia Iubilaei destiterit atque cetera opera imperata intermiserit, omnes absolutiones censurarum, si eas excipias quae ad reincidentiam datae sint, itemque commutationes et dispensationes concessae in suo robore permanebant.

3. Similiter his facultatibus absolvendi a peccatis et censuris reservatis itemque dispensandi ab irregularitatibus nonnisi *semel* cum eodem poenitente uti poterunt, cum ipse scilicet Iubilaei veniam primum lucretur et tum solummodo cum poenitens iam ab alio confessario, facultatem habente per anni sancti decursum, a peccatis et censuris non fuerit absolutus vel ab irregularitate tam dispensationem non obtinuerit. Ceteras vero facultates — eam etiam visitationes contrahendi aut commutandi ad datam normam sub n. I, 3 — in favorem etiam eiusdem poenitentis semper exercere poterunt.

4. Firmae et immutatae remaneant facultates quas omnes confessarii peregrini per S. Paenitentiarium vel alio legitimo modo consecuti sunt vel consequentur.

5. Haereticos et schismaticos qui fuerint publice dogmatizantes ne absolvant nisi ii, praeter haeresis et schismatis abiurationem, saltem coram ipso confessario factam, scandalum, ut par est, reparaverint. Ne absolvant praeterea eos qui in rerum adiunctis versantur, de quibus agitur in Decreto



Supremae Sacrae Congregationis Santi Officii, die I mensili Iulii anni MDCCCCXXXIX edito, de Communismo (cfr. *Acta Apost. Sedis*, vol. XXXI, pag. 334), nisi eodem modo, uti supra, resipuerint.

6. Ne absolvant eos qui sectis vetitis, massonicis aliisve id genus, nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi, abiurata, saltem coram ipso confessario, secta, scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; nisi ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriptos noverint, ad can. 2336, § 2, denun-averint; nisi libros, manu scripta et signa, quae eandem sectam respiciant, quotiescumque adhuc retineant, absolventi tradiderint aut se ea tradituros vel destructuros serio promiserint, imposita, pro modo culparum, gravi paenitentia salutare.

7. A lectione librorum prohibitorum ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario tradiderit aut se eos traditurum vel destructurum serio promiserit.

8. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

9. Si de casu agatur, etiamsi occulto, de quo ad can. 2342, prohibeant, sub poena reincidentiae, quominus in posterum accedant ad religiosam domum illam eiusque ecclesiam.

10. Eos, qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvant nisi aut iis restituitis aut compositione quamprimum a competente auctoritate postulata, aut promissione sincere facta eandem postulandi, nisi agatur de locis, in quibus a Sede Apostolica aliter iam provisum fuerit.

11. Non praetermittant suam cuique paenitenti salutarem paenitentiam sacramentalem imponere, etiamsi sibi conicere iure liceat paenitentem plenissimam Iubilaei veniam esse consecuturum.

12. Confessio et Communio ad lucrandam Iubilaei indulgentiam nihil refert utrum visitationibus quatuor Basilicarum antecedant, interponantur vel succedant; unum necesse est ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925, § 1, compleatur. Ab obligatione praescriptae confessionis neminem exsolvant; neque fas est, Communionem in alia pia opera commutare, nisi agatur de aegrotis.

13. Visitationem Basilicarum ne commutent in alia opera, quae ad peragenda paenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus; et sciant se conscientiam suam oneratos si inconsulto aut sine iusta causa paenitentem ex eiusmodi visitationibus exemerint.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiarum, die XVII mensis Septembris, anno MDCCCCXXXIX.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior*.

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens*.

## URBIS ET ORBIS

## DECRETUM

*De lampade SS.mi Sacramenti et de luminibus in sacris funct.onibus adhibendis.*

Decreto diei 13 Martii anno 1942 Sacra haec Congregatio, plurimorum Ordinariorum instantiis morem gerens, indultum quod anno 1916, Europeo bello saeviente, praecarie concesserat ita prorogavit, ut eorum prudenti iudicio, peculiaribus novi belli conditionibus consideratis, facultatem remisit « ubicumque oleum olivarum vel cera apum vel penitus deficient vel sine gravi incommodo et dispendio haberi nequeant » ibi lampas SS.mi Sacramentis aliis oleis quantum fieri potest vegetalibus, nutrirī possit, ultimo autem loco etiam lux electrica adhibeatur. Concessit quoque Sacra haec Congregatio ut deficiente cera possit reduci numerus candelarum pro singulis sacris functionibus rite praescriptus, et huic cereorum deficientiae sufficiantur, usque ad candelarum numerum requisitum, alia lumina, etiam electrica.

Vero etsi modo nec cera nec oleum deficient, perpenso tamen gravi horum pretio, Sacra haec Congregatio indultum hoc ita moderari intendit, ut firmo adhuc manente indulto pro lampade SS.mi Sacramenti concesso, pro Missae privatae celebratione duae candelae cereae adhibeantur, quatuor saltem pro solemni seu cantata, item quatuor pro solemni expositione SS.mi Sacramenti, suppleto maiori numero requisito aliis luminibus.

Ceterum Rev.mos Ordinarios hortatur ut, quam citius fieri potest, veneranda saecularis traditio instauretur.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 18 Augusti 1949.

✠ C. Card. MICARA, Ep. Velitern., *Praefectus*.

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*.

## *Atti e comunicati della Curia Arcivescovile*

### NOMINE DEI SEMINARI

#### SEMINARIO DI RIVOLI

Rettore e Prefetto degli Studi - Mons. Gaspare Destefani.  
Economo - Don Mario Adamini.

#### *Corso Teologico*

Direttore Spirituale - Can. Giovanni Serravalle.  
Vice Rettore - Don Giuseppe Pautasso.  
Professori: Dogmatica - Dott. Don Giovanni M. Rolando.  
» Morale - Don Pietro Ferrero.  
» Storia - Don Carlo Dolza.  
» Diritto Canonico - Dott. Don Paolo Varetto.  
» Patristica - Can. Attilio Vaudagnotti.  
» Biblica e Liturgia - Mons. Gaspare Destefani.  
» Canto - Don Giuseppe Allanda.

#### *Corso Filosofico*

Direttore Spirituale - Don Gabriele Cossai.  
Vice Rettore - Don Carlo Dolza.  
Professori: Filosofia - Teol. Quirino Baietto.  
» Italiano-Storia: Don Biagio Fissore.  
» Latino-Greco - Don Nicola Pignata.  
» Fisica-Matematica - Don Pietro Coero-Borga.  
» Canto - Don Carlo Dolza.

#### SEMINARIO DI GIAVENO

Vice Rettore - Don Agostino Strumia.  
Italiano e Greco - Don Angelo Schinetti.  
Matematica - Don Lorenzo Mina.  
Italiano e Francese - Don Pietro Bossù.

### SACRE ORDINAZIONI

Il giorno 24 settembre 1949 a Torino nella cappella del palazzo Arcivescovile l'E.mo Signor Cardinale Arcivescovo promoveva al *Suddiaconato* i Rev.di: ANDREA BRACHET COTA, ANTONIO RE dell'Archidiocesi di Torino; Fr. FILIPPO M. CAPACCIO, Fr. BERNARDINO M. OLIVIERI, Fr. LUIGI M. SAVOIA dell'Ordine Domenicano.

### NECROLOGI

TORTA D. OLIMPIO da Chieri, Dott. in Teol., Can. on. Collegiata di Chieri e Rettore della SS. Annunziata. Morto ivi il 23 settembre 1949. Anni 72.

VIRANO BERNARDO ODDINO da Poirino, Dott. in Teol., già rettore borgata Bertoulla. Morto in Poirino il 25 settembre 1949. Anni 86.

## AZIONE CATTOLICA

### Nomine

S. Em. il Card. Arcivescovo con recenti decreti ha confermato nella loro carica i seguenti Presidenti Diocesani:

Presidente della Giunta Diocesana: Avv. Umberto ZACCONE.

Presidente Dioc. Donne di A. C.: Sig.a Anna FANTON FRASSATI.

Presidente Gioventù di A. C.: Ing. Giandomenico BROSSA.

Presidente Dioc. Gioventù Femm. di A. C.: Prof. Elda NALESSO.

Presidente Assoc. Universitari di A. C.: Mario CUNIBERTO.

Ha nominato i seguenti nuovi President. Diocesani:

Presidente Uomini di A. C.: Dr. Aldo MORGANDO.

Presidente Assoc. Universitarie di A. C.: Sig.a Adelina GARIGLIO.

Ha confermato gli attuali Assistenti Ecclesiastici Diocesani delle suddette Associazioni, cioè:

Uomini di A. C.: Teol. Silvio VALPERGA.

Donne di A. C.: Can. Silvio MURZONE.

Gioventù di A. C.: Can. G. B. BOSSO.

Gioventù Femm. di A. C.: Teol. Benedetto FECHINO.

Universitari di A. C.: Teol. Francesco GOSSO.

Universitarie di A. C.: Prof. D. Filippo GALLESIO.

### Autorevoli direttive per le A.C.L.I.

*In data 15 Settembre c. a. S. E. Mons. Montini ha indirizzato al Presidente della A.C.L.I. la seguente lettera, che siamo lieti di pubblicare.*

*Onorevole Signore,*

L'Augusto Pontefice è stato informato che nei prossimi giorni si adunerà in Roma il Consiglio Nazionale delle A.C.L.I. per trattare e discutere il programma di azione per l'anno venturo, e in primo luogo l'importante problema del reclutamento dei nuovi soci.

Poichè recenti avvenimenti nel campo delle organizzazioni del lavoro hanno determinato in alcuni ambienti perplessità e incertezze circa le funzioni delle A.C.L.I. e i loro rapporti con le altre Associazioni affini quasi che ne fosse ormai superflua l'esistenza e la funzione, Sua Santità, sempre così paternamente sensibile alle assillanti questioni delle classi lavoratrici, desidera far pervenire, per mio mezzo, al detto Consiglio Nazionale la Sua attesa parola illuminatrice e confortatrice.

E' ben noto a Sua Santità il prezioso contributo che le A.C.L.I., feconde « cellule dell'apostolato cristiano » (Discorso dell'11 maggio 1945), hanno portato alla causa del Vangelo e al rifiorire della pietà e della fede in questo doloroso dopoguerra come pure alla formazione d'una coscienza operaia cristiana, alla affermazione di giuste aspirazioni dei lavoratori, alla tutela forte e ordinata di tanti loro interessi, all'assistenza delle loro molteplici necessità, e alla stessa creazione di liberi Sindacati, da esse distinti. Tale contributo è già di per sè garanzia di ulteriore solida e fattiva operosità, e sicura premessa di nuovi e più lusinghieri successi per l'avvenire.

Occorre, però, che quanti hanno a cuore l'elevazione e il vero benessere, oltre che materiale, morale e religioso dei ceti operai in Italia, vedano

nelle A.C.L.I. lo strumento, nelle presenti circostanze, più adatto e meglio rispondente al raggiungimento di sì alto scopo, ne approfondiscano il programma e indirizzino alla sua felice attuazione ogni possibile sforzo.

Rimane così sancita l'indiscutibile opportunità della permanenza e della missione delle A.C.L.I., e determinato il settore della loro attività. Se da un lato le Associazioni di Azione Cattolica attendono principalmente alla formazione dei loro iscritti in stretta aderenza alla Gerarchia della Chiesa, e dall'altro i Sindacati mirano alla difesa degli interessi economici e professionali della classe lavoratrice, le A.C.L.I. possono a sè rivendicare il grande e arduo dovere di raggruppare, in numero quanto più esteso possibile, ogni categoria di lavoratori, per ravvivare e rafforzare in loro la convinzione che « nell'applicazione della dottrina del cristianesimo secondo l'insegnamento della Chiesa », sta « il fondamento e la condizione d'un rinnovato ordinamento sociale, in cui sia assicurato secondo giustizia il riconoscimento dei diritti e la soddisfazione delle esigenze materiali e spirituali dei lavoratori » (Statuto, art. 1).

Nell'esercizio della loro funzione organizzativa, educativa, assistenziale, compiuta con un'aperta adesione ai principii cristiani, le A.C.L.I. incontreranno anche in avvenire difficoltà che cercheranno di arrestarne il cammino. Ma, con l'aiuto della Grazia divina, esse sapranno affrontarle con coraggio, se provenienti dai nemici delle anime, con fraterna carità e con spirito di cordiale intesa e comprensione se sorgeranno nel campo stesso del comune lavoro.

Continuino perciò le A.C.L.I., con l'unanime e generoso appoggio del clero e del laicato cattolico, a svolgere la loro multiforme e benefica azione su un terreno sempre più esteso; possano con un ben congegnato complesso di assistenze e di provvidenze soddisfare ai bisogni religiosi, morali e materiali dei lavoratori d'Italia, in modo che questi si persuadano, alla luce dei fatti, che la Chiesa, a somiglianza del suo divino Fondatore, altro non cerca e non vuole che la giusta tutela dei loro diritti e interessi.

Con queste speranze e con questi voti nell'animo, il Santo Padre augura un felice risultato ai lavori del prossimo Consiglio Nazionale, mentre con tutto il cuore imparte ai suoi componenti e ai lavoratori da essi rappresentati il conforto dell'implorata propiziatrice Benedizione Apostolica.

Profitto volentieri della circostanza per confermarmi con sensi di distinto ossequio,

della Signoria Vostra On.le devotissimo  
f.to G. B. MONTINI, *Sostituto*.

## UFFICIO CATECHISTICO DIOCESANO

*Via Maria Adelaide 2 - Tel. 46 235*

### ISTRUZIONI PARROCCHIALI - NOVEMBRE

Istruzione 47ª - Il Purgatorio. Sua natura. Sua esistenza. Doveri di suffragare le anime. Mezzi per evitare il Purgatorio.

N. B. — Le due Domeniche di novembre che restano scoperte servono ai più per mettersi a posto nella trattazione del Credo.

Con la *Domenica 27 novembre, 1ª di Avvento*, ha inizio il secondo anno del ciclo d'Istruzione parrocchiale secondo le norme del Concilio Pedemontano (caput III, art. 10, § 1), *De Gratia et Sacramentis*.

Istruzione 1ª - La grazia divina e sua natura.



Si ricorda l'obbligo che hanno i *Rettori* di Chiese e i *Cappellani* di Istituti e di Borgate d'uniformarsi a queste direttive del Concilio Pedemontano per l'Istruzione durante la S. Messa festiva.

I Rev.di Parroci avvisino in conformità tutti i sacerdoti secolari e regolari aventi ministero e cura d'anime nella propria giurisdizione.

Il Concilio Pedemontano (cap. III, art. 11) prescrive ancora: « In apposito autem libro Parochus opportuna describat argumenta sermonum quos in dies egit per annum ».

## GIORNATA A FAVORE DEL CENTRO GIORNALI CATTOLICI

Domenica 13 novembre si darà inizio alla campagna abbonamenti ai giornali cattolici. In precedenza: i RR. Parroci prenotino le copie per la vendita de « Il Nostro Tempo » e de « La Voce del Popolo » alle porte delle chiese; organizzino con la Commissione Parrocchiale Stampa la raccolta sia di nuovi sia di vecchi abbonamenti.

Nella giornata 13 Novembre promuovano preghiere, parlino ai fedeli dell'importanza della stampa e del dovere di aiutarla, e raccolgano offerte da consegnare in Curia con la dicitura « *Centro Diocesano Giornali Cattolici* ».

## GIORNATA A FAVORE DELL'OPERA DIOCESANA DELLA PRESERVAZIONE DELLA FEDE

DOMENICA 20 NOVEMBRE

Quest'anno l'Opera chiede con particolare insistenza l'interessamento e la solidarietà di tutta la Diocesi per la costruzione della nuova Parrocchia di « *Gesù Operaio* » in Torino via Leoncavallo.

Fu suggerita e si segnala la proposta della *Parrocchie madrine* che si impegnano di raccogliere almeno lire 100.000 a favore della nuova parrocchia. Il titolo della nuova Parrocchia è un programma e un richiamo alla solidarietà religiosa e sociale.

## Ricordiamo ai Rev. Parroci

che l'antica Ditta VINCENZO SCARAVELLI è lieta di poter favorire la sua Spettabile e affezionata Clientela offrendo ottimi tessuti a

**DIAGONAL PURA LANA** foglio di m. 3, sufficienti data la grande altezza per L. 8900 - serve da mezza stagione  
**RESISTENTE DIAGONAL** taglio per abito L. 4900

(Si rimborsa l'importo se i tagli non saranno di assoluta soddisfazione)

**MANTELLINA PANO LANA** - Lusso eseguita tutta rotondità, lunghezza cm. 110 L. 8500 (prenotarsi in tempo)

Desiderando **IMPERMEABILE EXTRA** eseguito a soprabito con cappuccio staccabile e cintura chiedere modulo per inviare le misure

Antica Casa fondata nel 1900 - Medaglia d'Oro

# VINCENZO SCARAVELLI

Via Garibaldi 10 - Torino

Telef. 50.929

N.B. — Prima di fare acquisti da sconosciuti che visitano le Parrocchie con insistenza si invita il Rev. Clero interpellare Dtte serie richiedendo campioni e farne i dovuti confronti. In buona fede si acquista tessuti di nessun valore e con metratura insufficiente.

Mons. MATTEO FASANO, Direttore Responsabile


Tip. LA SALUTE - Via Villar, 21 - TORINO

## Premiata Cereria di Luigi Conterno & C. - Torino

Negozio: Piazza Solferino 3, Tel. 42.016      Fabbrica: Via Montebello 4, Tel. 81.248

Anno di fondazione 1795

Candele per tutte le funzioni religiose — Candele decorative — Candele steariche  
Cera per pavimenti — Luminari da notte — Incenso — Carboncini per turibolo



## Premiata Fonderia Campane

Fondata nel 1500

### ACHILLE MAZZOLA fu Luigi

VALDUGGIA (Vercelli)

Campane nuove garantite in perfetto accordo con le vecchie - Costruzione dei relativi castelli in ferro e ghisa - Concerti completi di campane di qualsiasi tono garantite di prima fusione - Voce armoniosa, sonora, dolcissima, argentina, squillante, prolungata diffusiva della massima potenzialità

Via Crucis in bronzo

Preventivi - Disegni e sopralluoghi gratuiti

## ISTITUTO FISICO TERAPICO

*Cura rapida radicale indolore con metodo speciale delle*

**Malattie artritico reumatiche del ricambio e dell'apparato circolatorio**

Sciatica - Gotta - Reumi - Artrite - Sinovite - Lombaggine - Nevrite - Obesità - Diabete, ecc.

**Grand'Uff. Dott. TRINCHIERI CARLO - Medico Chirurgo**

Via Passalacqua n. 6 - TORINO - Telefono 41.581

*Nell'Istituto si praticano inoltre:*

Massaggi manuali semplici e medicati - Bagni di luce parziali e generali - Applicazioni elettriche  
Tremoloterapia - Bagni idroelettrici - Diatermia - Raggi infrarossi - Raggi ultravioletti  
Applicazioni di alta frequenza - Cutivaccinoterapia

Consulti e cure tutti i giorni dalle ore 13 alle 17 - Clinica privata

**AEROSOLTERAPIA - RAGGI X - CUTIVACCINOTERAPIA**

Autorizzazione R. Prefettura di Torino 0080 - 6 aprile 1928

## FABBRICA

## OROLOGI DA TORRE

### Ennio Melloncelli

SERMIDE (Mantova)

Preventivi a richiesta

# E. M. S. I. T.

**EUGENIO MASOERO**

*Elettro Medicali Sanitari Igienici*

*Torino*

Via S. Dalmazzo n. 24 — Telefono 45.492

**AGHI INIEZIONE — SIRINGHE — TERMOMETRI CLINICI**

**MATERIALE CHIRURGICO E DI MEDICAZIONE**

**Lenzuolo tessuto gommato - Tubi gomma - Cannule - Cateteri - Sonde**

**Borse per acqua calda - Vesciche per ghiaccio**

**ALATORI AD ALCOOL ED ELETTRICI**

**VAPORIZZATORI E NEUTRALIZZATORI PER NASO E GOLA**

*Facilitazioni ai Pii Istituti di Assistenza ed Ospitalieri*

## **BANCO AMBROSIANO**

Società per Azioni - Sede Sociale e Direzione Centrale in MILANO - Fondata nel 1896  
CAPITALE L. 350.000.000 interamente versato Riserva ordinaria L. 125.000.000

**BOLOGNA - GENOVA - MILANO - ROMA - TORINO - VENEZIA**

**Abbiategrosso - Alessandria - Bergamo - Besana - Casteggio - Como**

**Concorezzo - Erba - Fino Mornasco - Lecco - Luino - Marghera**

**Monza - Pavia - Piacenza - Seregno - Seveso - Varese - Vigevano**

**SEDE DI TORINO**

VIA XX SETTEMBRE 37  
Tel. 41.651 - 41.652 - 41.653 - 51.993 - Borsa 41.973

*Servizi Cassette di Sicurezza in apposito locale corazzato*

**Agenzie di città in Torino: G. Frasca 120, tel. 70.056 - G. G. Cesare 18, tel. 21.332**

*Qualunque operazione di Banca alle migliori condizioni*

**OGNI OPERAZIONE DI BANCA E BORSA**

**Istituto aggregato alla Banca d'Italia per il Commercio dei Cambi  
Rilascio del benessere per l'Importazione e l'Esportazione**

**Grandi Magazzini di Arredi Sacri e Articoli di Devozione - Libri Liturgici**

## **Ditta Clemente Tappi**

Via Garibaldi 22 - TORINO (109) - Telefono 46.615

**Primaria Fabbrica di Paramenti, Ricami, Biancheria, Stendardi, Gagliardetti**

**Unico deposito « Arredi sacri di metalli e statue » della**

**Ditta Fratelli Bertarelli - Milano**

**Prezzi**

*ndizione di fabbrica - Ricco assortimento Oggetto di devozione per regali  
Immagini Ricco Prima Comunione, Cresima, Ricordi mortuari Quadri artistici, Crocifissi, Arazzi ecc  
Libri Liturgici, Messali Breviari, Horae diurnae, Orationes in Benedictione*

**Forniture Generali per Chiese a Prezzi di Fabbrica - Netti e fissi**

## **SOCIETÀ CATTOLICA DI ASSICURAZIONE**

**GRANDINE - INCENDIO - FURTI - VITA - INFORTUNI**

**RESPONSABILITÀ CIVILE E RISCHI VARI**

**Sede e Direzione in VERONA**

**Capitale sociale e riserva al 31-12-1944 oltre L. 162 milioni**

**Premi dell'esercizio 1944 oltre L. 100 milioni**

**Indennizzi sinistri dalla fondazione oltre L. 461 milioni**

**Rischi assunti oltre L. 23 miliardi**

*Agente Generale per Torino e Provincia:*

**ZUCHELLI RENZO - Via Pietro Micca 20 - Tel. 46.330 - Torino**